

CANCELL:  
MARTIS B:  
. 1.7 17:

oo Da

35

Q. D. B. V.  
DISSERTATIO PHILOLOGICA  
*D E*  
HEBRÆORUM VOCIS

  
SIGNIFICATIONE,

*QVAM*  
CONSENSU SUPERIORUM  
IN ACADEMIA LIPSIENSI

MODESTE EXPONET  
P R A E S E S  
M. ERN. GEORG. GOELITZIUS,

RUDOLST. SCHWARTZB.  
RESPONDENT&

NICOLAO NORTHIO, Liebringa-Schwartzb.

SS. THEOL. STUD.

AD D. III. DECEMBR. A. M. DCC. X.

IN AUDITORIO PHILOSOPHICO.

---

L I P S I A,  
Literis BRANDENBURGERIANIS.

V I R O  
Magnifico Summe - Reverendo atque  
Excellentissimo  
D O M I N O  
**HENRICO PIP-  
PINGIO,**

Doctori Theologo de Ecclesia Christi  
Meritissimo

Sacræ Regiæ Majestatis Poloniarum  
ac Serenitatis Electoralis

Supremi Senatus Ecclesiastici Dresdensis  
Consiliario & Atestori Sacrorumque in Aula  
Antistiti Primario

Patrono ac Mæcenati suo æternum  
devenerando

Hoc observantia lux Gratissimum animi monumentum.

Humillima mente consecrat

P R A E S E S.

\* \* \*  
\* \* \*  
\* \* \*  
בְּנֵי אֹכֶל

## PRO O E M I U M.



Pere pretium esse duximus, speciminis loco in vocis **רְאִיר** Rationes de hac  
potestate judicio, quantum possumus, inquirere, ut clara  
semper & distincta de iis posidemus cogitata, & vera afal-  
sis habeamus segregata. Nam huius nominis vires rectius  
voce non solum intergit, sed etiam necesse, eas ex rebus sub-  
stratis firmius definire, hoc in primis tempore, quo alii tan-  
tum tempus & mundum, alii tantum aeternitatem, tandemque alii iterum aliud,  
necio quid, ex sola voce, re ipsa neglecta, eruere conati credunt, tam tempo-  
raria quadam esse aeterna, quam aeterna quadam esse temporaria, indeque qua-  
drata miscent rotundis. Et id propter multis prob dolor! hec vox maximas pepe-  
rit contentiones, obscuritates & confusiones, ut inde maximi non solum errores  
in cognitionem, doctrinam fidei & vite sanctimoniam resultarint, sed etiam co-  
majora nata sint pericula, aeternam vitam consequendi. Ideoque, quia voces sumi **רְאִיר** Methodus de  
signa rerum & secundum harum naturas, qualitates & circumstantias tam gene-  
ratales, quam speciales & precipuas easdem etiam admittunt significations, VO-  
CEM **רְאִיר** secundum res designatas hunc in modum, DEO adjuvante, perl-  
strabimus, ut, origine brevisimis exposta, experiamur, hanc vocem, quemad-  
modum usurpatur rerum existentia permanente, seu durante, quippe que vel  
initium & finem habet, vel initiam tantum, absente fine, vel nullo gaudet ini-  
tio, nec fine illo, & maxime omnium perfectissime permanere atque durare so-  
let, sic etiam significare PERMANSIONEM, seu, ut ita loquar cum Philosophis, **Significatio** ge-  
DURATIONEM vel FINITAM seu temporariam, que est sive PRÆTERITA & neralis hujus vo-  
antiqua sive FUTURA; vel INFINITAM & AVITERNAM sive scilicet modo carentem;  
vel absolute INFINITAM, initium & finem nescientem. Quemadmodum enia  
durare est cum permanescere existere, sic etiam duratio est existentia permanens: (a) ex L. de divi-  
se rei permanescere secundum res natura diverse durantes sive definita, que habet, ut nat. cit. Faber  
cum Cicerone (a) loquar, extrellum, sive que non habet extrellum, & insini-  
ta sit necesse est; & distinguitur a Scholasticis (b) in TEMPUS, AEVUM & AETERNI-  
TATEM. Spero autem, neminem fore, qui sicut de creaturis tempus & evum, & in Lex. P.I.p.m.  
de omnibus Creatore DEO neget aeternitatem: ita etiam de omnibus durationem philosoph. prim.  
sive permanescensem. Si quis autem, rejecta omnium humana autoritate & ratione,

Methodus de  
hac voce scri-  
bendi,

**Significatio** ge-  
neralis hujus vo-  
cis hujusque di-  
visoris.

(a) ex L. de divi-  
se rei permanescere secundum res natura diverse durantes sive definita, que habet, ut nat. cit. Faber  
cum Cicerone (a) loquar, extrellum, sive que non habet extrellum, & insini-  
ta sit necesse est; & distinguitur a Scholasticis (b) in TEMPUS, AEVUM & AETERNI-  
TATEM. Spero autem, neminem fore, qui sicut de creaturis tempus & evum, & in Lex. P.I.p.m.  
de omnibus Creatore DEO neget aeternitatem: ita etiam de omnibus durationem philosoph. prim.  
sive permanescensem. Si quis autem, rejecta omnium humana autoritate & ratione,

p. 141.

Probatio gene-

ralis signis.

(c) p. cii. 13. de DEo posse dici durationem dubitet, illi opponimus ipsius DEi autoritatem, qui per Davidem (c) de se ipso dixit: Tu Deus לְשׁוֹבֵתְךָ LXX. vertunt μένεις i.e. permanentes, duras duratione eterna. Has notiones nostrae vocis ex locis clarissimis, qua est ipsa sumus demonstraturi, synonymis tam Hebraice, quam alias linguis tractatio.

illustraturi, & tandem, falso resecto, pro meditationibus hisce maximas DEo aetui gratias, jam vero Eundem, ut felix esse jubeat auspicium, precaturi.

### §. I.

De origine vocis.

**O**rigo vocis רִגּוֹן restituere deducitur a Buxtorfio secundum Kimchium a radice רַגְלָה & quidem conjugatione Kal ad formam נֶגֶל a radice נֶגֶל licet illa conjugatio nusquam legatur in Scriptura Sacra; interim tamen adhuc supereft (a) p. xxxviii, in Chaldaica lingua (a) e.g. קְרִיָּה עֲלֹמָה cui respondet Hebraicum 20. עֲלֹמָה i.e. roborantur. Quorum plura vide exempla apud Johannem Buxtorfium (b). Præterea alia quoque nomina ex eadem conjugatione originem ducentia in Codice sacro reperiuntur, e.g. עֲלָם עֲלֹמָה &c. una cum aliis radicis hujus conjugationibus, nempe Niphah, Hiphil & Hithpaél, de quibus loca videri possunt in Lexicis Kimchii, Buxtorfii atque Cocceji.

De tempore significat, speciali  
hujus vocis

s. II. Circa TEMPUS magna semper lis fuit inter Eruditos, quoniam modo sensa dicendo satis clare & distincte exprimere debeant, [a] Augustin, L. Alii (a) si querentibus id explicare volunt, nescire suum produnt, XIV. Confess. Alii (b) magnam difficultatem perhibent. Alii (c) describunt per mensuram motus secundum prius & posterius. Alii (d) per durationem, Chron. breviarii, cui initium & finis est; tandemque alii (e) differre aequaliter tempus inter p. 2. num ab externo. Internum sit duratio temporalis seu ipsa existentia (c) Aristot. L. 4. finite durans; Externum contra sit aliquid extra rem durantem, nemphyl. t. 101. (d) vid. Schol. in suram motus secundum rerum caducarum, quæ desumatur a motu coetic. in Clerici & siderum maxime constante & obvio, præsertim solis & lunæ. Ontolog. §. 12. p. 293. Hoc, quia verum, multi agnoscunt: quamvis alii internam rei duratio cleric. in Orationem temporariam seu ipsam existentiam finitam, quatenus durat, tolog. §. 12. p. 294. & Hebenst. nec statim destruitur, temporalitatem potius, quam tempus nominis in Philos. prim. revelint. Quod nihil ad nos, cum primo ipsum Ciceronem (f) hab. §. 5. p. 154. fin. Invent. L. I. beamus Latinorum optimum, quitempus per durationem una cum C. 26. mensura motus describit: Tempus, inquiens, est pars quadam eternitatis, cum alicuius anni, mensuræ, diuturni, nocturni, spatiæ certa significacione. Nam

Nam æternitas est existentia infinite durans seu duratio perfectissima; Partem igitur æternitatis esse etiam durationem imperficiam seu existentiam finite durantem, nemo sanus negabit. Deinde illud, quod dicitur fore מָרוּעַ alibi usque ad jubilæum, alibi LXX. annos esse duraturum paulo post experiemur. Sic dicta ergo temporalitas τὸς fundamentum quidem est, quando de coelo, terra, h. e. mundo, rebusque mundanis usurpat, ad indicandum, existentiam eorum diu quidem jam durasse vel adhuc esse duraturam, interim tamen esse caducam & temporariam. Novimus enim, quemadmodum ex experientia de rebus terrenis, has secundum naturam a DEo ordinatam modo fieri, modo factas resolvi; sic etiam de mundo ex revelatione, calorem & terram perire, (g) & esse creaturum DEum calos novos [a] p. CII, 27. & terram novam (b) &c. Contra vero מָרוּעַ quando de terra dicitur [b] Ies. LXV, 17. (i) & rebus terrenis, non æternitate, neque immediate Philosophorum sonat temporalitatem, sed tempus longum vel incertum vel certum, & modo PRÆTERITUM & antiquum, modo FUTURUM, modo UTRUMQUE COMPREHENDENS. Mundum enim manere temper, ut est, posse, intelligeremus, nisi etiam nossemus potentiam DEi absolutam, quæ, ut omnia potuerit, si voluerit, creare æterna; Sic etiam voluit, ut potuit, omnia creare temporaria, exceptis animabus hominum atque Angelis, quos voluit æternos. De quibus, quia sunt Theologica Theologis relinquenda, hoc tantum adnotamus: illum, qui de mundo & reliquis hoc concedere non vult, judicium suum suspendere debere tamdiu, & expectare, donec eventus certam illius demonstret opinionem.

§.III. Tempus vel durationem PRÆTERITAM quæ initio & fine gaudet, satis clare exprimit ipse Deus per Iosuam (a) dicens: trans flumen loc habitarunt Patres vestri מָרוּעַ, quod verti potest neque ab æternitate, sunt enim homines, neque a mundo, a mundo enim non statim creati, sed post diluvium natu demum Therach, Pater Abraham & Pater (a) p. XXIV, 24. Nahor illam inhabitarunt terram; neq; alia, hic quadrabunt significations, quam hæc unica, quod a multis temporibus vel antiquitus ibi habitari patres ipsorum. Hoc LXX. viri viderunt, interpretantes per ἀπαρχήν, מָרוּעַ igitur nihil aliud hic præ se fert, quam id, quod dicunt Masius (b) & Flacius (c): conveniens esse מָרוּעַ sono & pene etiam significatio (b) in Critic S.T. tione cum latino clime. Hujus vocis virtus valet quoque in lingua Chaldaica quando dicitur (d) de urbe sancta, que fuerit rebellis &c. קְרֹזֶת (c) in Clave Script. S. P.I. מָרוּעַ a diebus antiquis. In Hebraicis usurpat alias מָקוּם (e) quod p. 1128. (d) Efr. IV, 15.

(e) Pt. LXXVII, LXX, hic quidem vertunt **אֶלְעָזָר**: ibi autem & aliis locis **אַנְרָא**.

(f) cap. III, 21. Quam potestatem **תְּשִׁיבָה** Scriptores N. T. etiam retinuerunt, e.g.

in Actis Apostolorum (f), quod Lutherus quidem vertit: **Von der Welt an/ sed v. 22. & 24. ipse Petrus illos, quos putat Prophetas, testes producit, Mosen nempe & omnes a Samuele usque ad postremos, qui de re ista vaticinati sunt.**

Sine prefijo. §. IV. Äque clariora dantur loca **sine prefijo** ו, quæ idem tem-

(a) c. XXII, 28. pus præteritum signant; in Proverbiis (a) dicitur: **ne amoreas גָּבֹל שְׂרֵךְ** **וְגַם** **דְּיוֹנָה** LXX, transtulerunt i.e. terminos antiquos, quod &

ipse textus statim sequentibus explicat verbis: **quo scilicet fecerunt pa-**

**tres tui.** Synonyma habentus, absente etiam præfixo, **דְּקָר** (b) & **לְלָמָד** (c)

(b) Pt. XLIV, 2. Hoc Lutherus per mundum transtulit, nescio, qua ratione perductus,

(c) Habac. III, 6. cum nulla dentur loca, quibus id confirmari potest. Melius itaque erit, propriam hic admittere potestatem, nempe durationem; quia mones isti secundum Vatabulum, vel, ut Grotius vult, homines, qui in illis montibus habitaverant, per multa secula & tempora multa diu sa-  
tis durarunt mox dispergendi.

Pluralis idem **וְלָמִים** haud alia subest virtus, quando Assaph significans tem-

(a) recordatus sum, inquit, dierum antiquorum & annorum **וְלָמִים**. LXX.

pus.

(a) Pt. LXXVII, 2. vertunt **דְּיוֹנָה** i.e. antiquorum, vel, ut vult Ben Melech (b) **זְמָנוֹם**,

(b) in Michlal **אֲרוֹכָרִים** temporum longorum, quæ, si in memoriam revocari debeant,

Jophi ad. eund. præterita esse oportet. Et quod hæc omnino etiam præterita sint,

faætaque Dei miranda fuerint olim peracta, ex sequentibus a vers.

12. usque ad Psalmi finem patebit. Pariter per pluralem **cum** **prefixo** ה

Cum præfixo. Ecclesiastes (c) designat tempora præterita dicendo: **effe quicquam, de**

(c) c. I, 10. **quo dici posset, vide hoc, novum est istud: sed fuit** **וְלָמִים** i.e. olim, quod fuit

a coram nobis. Ecclesiastes enim nihil, inquit, novi est sub sole, proba-

turus, omnia esse vana. LXX, lenes, quos Lutherus sequitur, in-

terpretantur hunc in modum: **וְהַיְיָ יְהוָה בְּרוּךְ הוּא וְהַיְיָ יְהוָה**

**אָמֵן וְהַזְכֵּרְנוּ נִמְנָחָה**, quibus præteritum tempus quidem expri-

munt quam optime, reliqua vero an pejus, jam nihil ad nos: in-

primis cum ex fonte ipso satis perspiciamus **וְהַ** opponi **וְהַ**

**לְלָמִים** h.e. illud, quod ex eoram facie nostrum fuit, i.e. præsens

vel novum opponi præterito & antiquo, quod communis præpositio-

nis מ significatio suadet, & verbum singulare מ, quod sine neces-

An mundam si sitate cum nomine plurali construi minime debet.

gnificer.

(a) in Critic, 8. §. VI. Velt autem quidam ex quibdam aliis locis, que, dicen-

V, T. te Leighio, (a) possent per MUNDUM explicari, improprium hanc notio-

nem eruere; quia tempus pro eo, quod in tempore fit, sèpius pon-

in-

in Scriptura sacra, Flacius (b) & Glassius (c) multis probant exemplis; in illum minime pugnabimus, cum nobis prius concedere debeat, vim propriam, quam statuat dari impropriam. Et licet posito hoc, demonstrare tamen id ipsi adhuc incunbit evidentissimis locis, quæ nec aliter, nec melius, quam per mundum exponi possunt ac debent. Tunc demum illius sententia tam ex N. T. ubi Græcorum ἀληθεία (d) Ebr. XI, 3, 1, 2, & Syrorum עָמֵד (e), quam ex V. Testamenti versionibus Chaldaica (f) & Arabica tandemque ex Rabbinorum indole loquendi (g) in Tract. demonst. de meton. p. 56. vel secundum Buxtorfii (h) & Clerici (i) intelligenda, magis corroborabitur. Jam autem multa loca, in quibus עַל יְהוָה ipsius mundi lub coeli nempe & terra, solis, lunæ, stellarum, vita hominis aliarumque rerum mundanarum durationem sonat (k) & quæ nequaquam de mundo, sed nec aliter nec melius, quam per durationem modo certam & incertam, modo finitam & infinitam exponi possunt ac debent, reperiuntur, partim apud Gussetium (l) partim in nostris tam antecedentibus, quam consequentibus, quæ sæpius a Gussetio abeunt. Loca vero, quæ supersunt reliqua, & quidem difficilia ex his clarissimis alio tempore exponenda nobis reservaturi non videmus, quomodo mundum denotare possit.

5. VII. Nunc a locis, quæ præteritam denotarunt durationem, pogrediendum ad ea, quæ FUTURAM clare & distinctè ostendunt, cum ad vocem עַד non spectet tempus, quod ob minimam illius particularum instans quasi excogitur, dicitur præsens; quia tempus currit velocius ullo, necflare potest. Ex sequentibus autem, sicut ex antecedentibus, elucebit, vocem nostram durationem designare non momentaneam, sed diu duraturam, quæ dicitur de rebus per longum tempus futuris admittens initium & finem. Hanc rem sat certam demonstrabit id, quod dicit Elisa (a) ad famulum suum Gehasi: *Lepra Naaman ad hæreat tibi: semini tuo עַד יְמִינֶךָ εἰς τὸν αἰώνα* dicunt cum præfixo ל LXX. Viri, ut occurrit in N. T. (b) servus non manet ēv Τῇ ὥμια εἰς τὸν (b) Joh. VIII, 35; εἰώνα h. e., quamdiu servus vivat, sed filius, manet εἰς τὸν αἰώνα i. e. quamdiu vivit. Hoc etiam intelligendum esset de Gehasi, quod lepra ipsi & semini suo inhæreat per omne tempus vitæ, nisi ipsum forsitan ponituerit mendacii. Ideo h. l. vox nostra per tempus, quod eventus concuit, tantum diu duraturum, licet incertum, explicandum. Nam in sequentibus (c) indicatur servum Gehasi paulo ante ob lepram prophetæ oculis abeuntem, ipsi iterum officia præstítisse, & cum eo non solum

(d) Reg. VIII, 4. solum intime conversatum, sed etiam cum iplo Rego (d) collocutum esse. Lepram itaque Gehasi non per totum vitæ reliquum tempus adhæsse oportet, cum leprosi secundum legem divinam (e) ab omnium hominum consortio maxime segregati atque prohibiti esse debent.

[f] in Comment. ad Prophet. pri-  
or. ad eundem loc.

לְאַתָּה כָּלֹת הַקְּלִירָה כִּי אֶם לְזַרְבֵּן וְבָנָר שְׁעָלָת שְׁחָנָת הַוּבָר

non sit absoluta hec maledictio, sed ipsi & filii suis, quos jam sibi gennerat, fuit usq; ad OLAM, quod est JOBAL. Ubi Kimchius respicit omnino legem istam.

[g] Exod. XXI, 5. עֲבָדָר לְעַלְתָּה (g) lex agit de servorum, ut ita loquar, subulatorum servitute, diu nempe duratura. Hæc autem duratio finita non ex absentiis &c. concludenda, ut Hieronymus (h) falso perhibuit, & cui etiam Flacius (i) aliud demonstravit, sed potius eam scire debemus ex jugo servitutis eorum, qui natione Hebraei fuerunt, an illud jubilæum magnum transgredi potuerit. Affirmativa probari nequit. Negativam autem veram es-

[l] c. XXV, 10. se ex Levitico (l) patet, ubi Deus præcepit A. 50. quemcumque ad possessio-  
nem suam & familiam reverti debere, & servum usque ad annum jubileum  
servire tantum tibi & exire a te, & liberos suos cum ipso & reverti ad fami-  
liam suam. Quæ ut siant eo clariora, conferri possunt cum sequen-  
tibus (m) oppositis. Locum deinde nostrum non posse intelligi de

Sabbathico anno quoque septimo, juvat adhuc cum hoc conferre jubilæum. Sed iamdudum illud præstitit Jo. Christophorus Wagenseil (n); ex cuius obseruatis patebit, annum jubilæum & Sabbathicum

hac in parte differre; licet in Exodo (o) legatur: servum, sed non subula-  
tum, septimo quoquo anno exire posse pro liberogratis: verum sine uxore, quam

[p] eod. c. vers. 4. collocavit Dominus & sine liberis, quos illa peperit (p). Hos omnes, seruo patre libero facto, Dominus apud se in servitute tenebat; amor autem servi patris erga uxorem liberosque suos maximus sapientissime non permittebat, ut solus uxore chara charisque liberis Heroque optimo orbatus exierit, sed sapientius efficiebat, ut jure septimi anni libertatem obtinendi spretu, illud expectaret tempus, quo ipse una cum uxore atque liberis liber evadere jure meritoque poterat: quod tempore tantum Jubilæi factum, ut supra audivimus ex Levitico

[q] XXV, 10, 40. 41. 44. 47. (q) certum esse videmus. Reclite ergo scribit R. Bechai, quod

הַבְּרִים :servi sublati exierint tempore jubilæi ponud etiam pondus habent oppositiones Gusteti (r), quas sibi ipse objecit, existimans, quando declaraverat servus se vel fer-  
vitutem

servitutem **לְעָרֵב** [subire], non exisse in jubilao; quia vidit in eodem  
 capite (s) opponi termino jubilai. Verum hoc non sequitur, quia (s) **Lev.** xxv, 46;  
 eo minus recte vidit, quinam servi & servae in hoc & in illo loco intel-  
 ligerentur: ibi nempe sunt Hebrei, hic vero illi, qui sunt ex genti-  
 bus circa Israel habitaturis, ut & ex liberis advenarum &c. Ideoque  
 hic ea, quae usque ad jubilatum supererat duratio, salva superiore si-  
 gnificari nequit; sed haec, quam talis servi peregrini admittit vita, in-  
 telligenda erit. In nostro autem loco magis valida evadit significatio  
 temporis futuri, quod a subulatione servi usque ad jubilatum durabat,  
 cum notio **לְעוֹלָה** vel longiorem vel breviorem, ut res sunt, de-  
 notare soleat durationem. Sunt ergo synonyma his in locis servire  
 & servire usq; ad jubilatum. Omnium igitur optime R. David  
 Kimchi (t) rem tangit, **עַד יוֹמִים כֶּרֶת וּמִים עַד הַיּוֹם** **לְעָרֵב** <sup>[fr]</sup> in L. rad. sub  
 Olam i. e. omnibus diebus usque ad jubileum. Hunc secuti sunt  
 Münsterus, Fagiis, Vatablus, Clarius aliquique Critici (u) inter quos (u) vid. Critic.  
 ultimos Grotius una cum Buxtorfio (w) vertit semiseculum. Drusius <sup>Sacr. T. I. p. 581.</sup>  
 vero fortasse ex **שְׁנָיו** (x) plane aliter & melius id explicat usque ad ju- <sup>(w)</sup> in Lex. Hebr.  
 bilatum: *Male, inquiens, quidam annos 50, subintelligere volunt. Nam si* <sup>p. 560.</sup>  
*Jubilans annis perforata instabat, tantum serviebat tot annos, quod adhuc fu-* <sup>(x)</sup> in Comment.  
*pererant: si parum supererat, serviebat paucos annos, si multum* <sup>ad Exod. XXI,</sup>  
*multos.* Præterea nihil interest, mente nostra histantum exposita,  
 quando quidam vel cum Piscatore (y) statuat, servum perpetuum, per (y) in Poli Sy-  
 petuamque Gehasi lepram h. e. ad finem vitæ, vel cum Ainsworto <sup>nopt. Crit. ad e-</sup>  
 [z] servum usque ad mortem Domini cum nobis ultro id, quod quæ- <sup>und. loc.</sup>  
 rimus, concedet, **לְעָרֵב** durationem sonitam. Adsunt <sup>[z] in bib.</sup> **synonyma**,  
 quoq; **synonyma** scilicet **לְעָרֵב** & **לְנַצְחָה**. hoc invenimus in Psalmo [aa] illud <sup>[aa]</sup> xxxvii, 29.  
 vero in Jobo (bb) legimus. Nec prætereundum **לְעוֹלָה** (cc) LXX <sup>(bb)</sup> xxxvii, 7.  
 εἰς τὸν αἰῶνα, de quo bene sentit Ben Melech (dd) id explicans <sup>(cc)</sup> 2. Chronic.  
**כָּמו** <sup>xxxiii, 7.</sup> **ရְשִׁיעָה** <sup>(dd)</sup> in Michiel sicut leolam nisi quod sit for-  
 maalia. Nam v. 4. de re eadem in eodem sensu reperitur **לְעָרֵב**. <sup>(dd)</sup> in Michiel  
 dicitur enim utrobique de templo Salomonis, quo loco Deus nomen  
 suum diu ibi & per longum tempus voluit colendum: imo experien-  
 tia docuit, templum periisse illud, nec amplius dari uspiam, ut ibi no-  
 men Domini eodem modo coli posit.

§. VIII. Hæc futuri temporis notio exprimitur quibusdam et <sup>Phrases</sup> <sup>hujus</sup>  
 iam Dictionibus quando scilicet dicitur: (a) custodiā legē tuā <sup>notionis,</sup> תְּמִיד <sup>(a)</sup> p. CXIX, 44.  
 quod vertunt LXX, διαπαντος εις τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα

(E) in Thes. Pa. τε αἰώνιοι, i.e. semper & quamdui vixero. Ut enim αἰών secundum Suicidum sub. ζωήν rum (b, tempus vitæ hominis significat; Sic etiam nihil aliud intelligi potest in Hebraicis, quam tempus, quoque vita humana duret. Nam quamdui homo legi huic obsequi se non solum obligatum cognoscat, sed & a Deo obligari poscit, mors vitaque illius omnino ostendunt.

P. 140.  
Quales enim actiones homo, anima a corpore soluta, corpore destructio, causa, quæ egit omnia, ab officina absente, instrumentoque deperdito, agere poterit, & quidem secundum illius legis normam, quæ in nullum alium finem, quam ut actiones in hac vita peragendas dirigat, data est, & cujus legis natura & iudeoles hoc tantum vult, ut eam per totam vitam nostram servemus. Quare & eodem Psalmo (c)legimus: *Inclinavi cor meum ad faciendum statuta tua* שָׁׁבֵךְ עַקְבָּךְ לִעְלָךְ perpetuo usque ad finem. LXX. transliterunt διάτριψέν μεν.

(c) CXXIX, 112. Hos ut male sequitur Vulgatus interpretando propter retributionem, & pejus arripit Bellarminus (d)ad falsam de bonis operibus probandam thesin: sic eo melius vertit Glassius (e) in Philolog. us (e) usque ad finem. Ben Melech autem [f], qui videri potest, addit p. 1116.

(f) in Michlal Jo. rationes, quare hæc vox tam finem, quam mercedem operis significet, ph. ad Ps. CXXIX, et de nostro loco bene scribit רְמֵם כָּלְמָר i.e. omni-

33. (g) in Lex. sub. r. *ben diebus vite mee*. Pari modo sumitur, ut Kimchius (g) dicit כל הַרְוַתִּי omnis diebus continuationis mundi, eadem ferme

(h) PL. CXXIV, 5. phrasim (h) quando usurpat de firmitate & stabilitate terræ per longum, quamdui in hoc statu existat, tempus duratura.

Qvam caducam futuram Menasse Ben-Israel (k) resoluto ferme omni dubio argumentis nonplane rejiciendis probat.

(i) in Conciliari. qu. 30, ad Genes. p. 37. sqq.

Locus compar-

מְעֻמָּדָה

(a) PL. CXXI, 8.

[b] in Crit. S. T. 2.

p. 1572.

§. IX. Adhuc melius determinatur tempus futurum per adiectam particulam מְעֻמָּדָה (a) Dicitur enim Deus custodire exitum & introitum tuum מְעֻמָּדָה רָעָם שְׁמָרָם ab hora usque ad finem vite. In altera enim vita introitus noster & exitus nullis expositus erit periculis, ut ideo non opus sit ea, cuius in miseria praesenti indigemus custodia.

Locus: absente

partic. מְעֻמָּדָה

(a). I. Sam. 1, 22.

§. X. Absente licet illa particula, res tamen erit salva, quod Mater Samuelis docuit de puer Deo consecrando, maneat, inquiens, ibi scilicet coram Domino in territorio יְהוָה עַד־עֲירֹתָם. LXX. dicunt εἴης διαύλογος. Ex contextu reque ipsa facile intelligimus, Hannam Samuelem cultui Levi.

Levitico per longum tempus praesuturum vovisse Deo; nec quot annos illa comprehendenterit duratio, ut inde accuratius sciamus, opus est, cum Judæis in (b) Hannæ statim adscripturi prophetiam dicentibus : מִרְשׁוֹת שְׁפָטָא (b) vid. Abarb. in Comment. in Proph. pr. l. c.

**עלם נֶתֶן בְּנָתָה שְׁמָאוֹל יְוָה נָבָּא**  
**אַחֲרָה כָּרְמֵי חַיָּר** in hoc quod dixit Hanna & maneat ibi dum propheta sit, quod Samuel vixerit 52. annos, eo, quod illa dixerit omnibus diebus vita ipsis; nec cum R. Salomone demonstraturi, quod עַד עֲרוֹב Ad olam sit Leritiarum quinquaginta anni, Num. VIII, 25. & cui sunt 50. anni, revertatur a difficultate cultu & servitu Levitico, nec amplius servias &c. Verum nobis sufficiat potius cum Abarbanel non male semper judicante intelligere. רְבָות שְׁנָתָן multos annos, qui ob officia Samuels per longum tempus nobis quidem abconditum coram Deo praestanda erant futuri; cum Judæi ipsi disputerent, ne scientes quoque hoc officio sit functus, & quam diu vixerit Samuel (c). Sic intelligendum quoque illud Davidis dicentis (a) Deus habitabit in Ierusalem עַד־עַלְמָה LXX. (a) Deut. XV, 17. in Comment. ad L. I. Sam. parafsch. 4. qu. I. p. 90. fqq. Senes ἐν τοῖς ἀπογόνοις i. e. quādīn habitatores illius pī erunt, Deus enim omnia novit, & tamdiu etiam ibi habitavit, donec impietas Judæorum (a) Chron. xxii, 25. magis magisque crescens effecit, ut omnia tam per Chaldaeos quam Romanos eversa penitus perirent.

§. XI. Nudum idem esse quandoque quod עַלְמָה & Nudum עַד־עַרְבָּם לְעַרְבָּם declarat Mosis (a) servum, quem supra §. 7. occasione לְעַרְבָּם (a) Deut. XV, 17. consideravimus, nominans עַרְבָּם εἰς τὸν αἰώνα i. e. aeternum perpetuum usque ad Jubiläum. Novit hoc etiam Horatius, aeternum non semper significare aeternitatem, ideo cecinit: serviet aeternum, qui parvis nesciet mihi. Magis adhuc confirmarunt Judæi, noientes divina uti gratia, a Deo tradi sese jure meritoque passi sunt, indefiniciones עַרְבָּם (b) LXX. habent αἰώνιον i.e. 70 annorum spatiū duraturas. Hoc [b] Jer. XXXV, 9. cum Vatablo (c) ita explicamus, quemadmodum vers. 11. & 12. id determinatur.

§. XII. Pluralis idem signat futurum (a). David Pluralis, enim exul & confusus in Deo, quod ipsum semper sit conservaturus, (a) Psalm. LXI, 5. se hisce confortatur sequentibus: commorabor in tentorio tuo עַרְבָּים εἰς τὰς αἰώνας dicunt LXX, & R. Salomon Ben Melech (b) ex Kimchio ex- (b) in Michal plicat Jophi,

plicat per שׁוֹרֵם רֹחֶה וְעוֹלָם הַבָּא i.e. mundum hunc & mundum futurum. Sentiens vero statim hanc expositionem minus aptam, cum David per id longum tempus, quod mundus praesens & futurus requirit ad existendum, in tentorio Dei morari nequeat, alteram, quæ etiam est Kimchii, subjicit, dicens: אֵרֶרֶשׁוֹר זְמָנִים אֲרוּבִים aut est expositio ejus temporalia longa, i.e. quam diu David in Domini tentorio ob vitam temporariam potuerit morari. Pluralem idiomate Chaldaico usurpat Daniel (c) in voto, quo Regi Chaldaei longam precantur vitam, dicentes: Rex לְעַלְמָן לְעַלְמָן זְמָנוֹת i.e. din vive. Loco hujus (d) utuntur singulare: Viva Dominus Rex David נְלֻלָּם i.e. din. Nam æternitas significari nequit, quoniam hisce venerantes Regem hominem norunt mortalem: immortalem vero & æternam homini precati vitam est nihil aliud, quam mortem & dira precari, quod ipsum civium & Matris votum esse nequaquam potest.

Locatempus tam  
præteritum  
quam futurum teritum quam futurum denotans tempus David (a) in diuturnas abhoste possum exhibentia tam pre-  
sumit angustias clamat: hostis collocavit me in tenebras, sicut mortuus. עֲרוּבָם.  
(a) Pl. XLIII, 3.  
(b) in Cris, 8, ad e.l.  
§. XIII. Pergimus tandem ad loca תְּלִימָדָה exhibitia tam pre-  
sumit angustias clamat: hostis collocavit me in tenebras, sicut mortuus. עֲרוּבָם.  
verum non videmus, quare hic excludendum tempus futurum, cum  
mortuos id etiam denotet, & illos, qui jam diu illo tempore erant mortui,  
mortuos adhuc per longum tempus fore certum sit, resurrectione om-  
nium adhuc futura. Quare etiam Ecclesiastes (d) dicit: homo abit ad  
domum עַלְמָן i.e. perpetuatis suæ, quæ domus est sepulcrum, in quo  
diu maneat necesse est, donec resurrectio omnium mortuorum per-  
agatur. Hoc quia dicitur de homine morituro, pertinet quidem ad  
ea loca, quæ futurum tantum denotant tempus, illudque ideo occa-  
sione præcedentium hic explicare lubuit. Contra vivi adhuc impii (e)  
(e) Pl. LXX III, nominantur בְּשָׁרֵי עַרְמָה i.e. tranquilli perpetui. Viri LXX. addiderunt præ-  
positionem בְּשָׁרֵי, vertentes בְּשָׁרֵי עַרְמָה בְּשָׁרֵי אֲבוֹהָה: quamvis in fonte ipso-  
nullum adsit præfixum, quo vox nostra vel per præteritum tantum vel  
futurum tempus possit exponi: & circumstantia ipsius Psalmi una cum  
statu impiorum tranquillitatis speciem præbente suadeant, quod impii  
ante & post hujus Scriptoris mentem expositam diu fuisse esseq; futu-  
ri felices & tranquilli videantur, in fine licet palam cuius toni. Sic  
immediate sibi invicem subjunguntur. Et quod in Hebraicis Levi-  
tarum

Synonym:  
(f) c. XLVI, 14.

tarum (g) dicitur גָּלוֹת שָׁוֵילָה jus redēmptionis sempiternum ad (g) c. XXXV, 5.  
urbes & aedes spēctans illud interpretantur LXX. Senes per λυτρώσας  
διατασσόται. An vero aliqua horum maneat differentia, salva con-  
formitate, apud Gussetium (h) videri potest, qui horum differenti-  
am & conformitatem ostendere contendit.

(h) in Comment.  
Ebr. lingv. p. 90.

§. XIV. Hanc vocis notionem *diictione* quadam insignem facia- Phrasis tempus-  
mus, & quidem ex Jeremia (a) ubi Deus habitabo inquit, apud vos *Judea-* urrumque signi-  
os hoc ipso loco, in hac terra, quam dedi patribus vestris (a) c. VII, 7.  
לְמִן עַרְלָם רַעֲדָה Deinde (b) revertatur quo sō quilibet a via sua, & a malo actionum (b) c. XXXV, 5.  
suarum, & inhabitet terram, quam dedit Dominus vobis & patribus vestris.  
לְמִן עַרְלָם רַעֲדָה LXX, vertut hoc ἀπὸ οἰωνος καὶ ἔως οἰωνος,  
illud vero ἐξ οἰωνος καὶ ἔως οἰωνες i. e. perpetuo, semper.

§. XV. Quemadmodum horum locorum indeque boni & ma- Locorum tem-  
li hominibus expositi determinatio est pietas & impietas Judæorum, pus significanti-  
quod eventus fatis superque docuit; sic etiam omnium locorum reli- um confitentia-  
quorum, in quibus vel bona vel mala continentur diu duratura, com-  
parata erit ratio; harumque exhibitiones tamdiu durarunt vel etiam  
durabunt, quamdiu pii aut impii homines fuerunt aut erunt.  
Præsentium autem Judæorum convercio an unquam sit spe-  
randanec ne, Theologis ex vaticiniis tam V. quam N. T. quibus e-  
ventus semper addere debet pondus, permittimus definiendum; Jam  
modo cum Calvoe (e) concludimus nihil habere Judæos, quo niti (e) in gloria Christi  
possent, Messiam adhuc venturum, quando שָׁרֵך dicitur de fo- ft L. 2. c. 14. qv.  
dere Dei cum ipsis inito, & circumcisione, de sabbato, paschate, le- 417. p. 505.  
ge, tandemq; de toto sacerdotio Levitico rebus aliis propter Mel-  
siam, qui iamdudum venit, abrogandis. Nam eventus id confir-  
mavit, quod prævidit Jefaias (f) כָּל אֶחָד בָּאָה impletum esse (f).  
cultum Leviticum maxime difficilem, quam notionem illa vox ut  
hic habeat, quemadmodum in Exodo (g) & Samuele (h) necesse est, (g) c. XXXVII, 8.  
quia nemo poterit melius quicquam interpretari eventu responden- (h) I. Sam. II, 22.  
te vaticinio.

§. XVI. Ex his omnibus, quæ vidimus, non statim id sequi- Connexio loco-  
tur, quod quidam absolute scribere volunt secundum Jckarim (a): ex rum antecedens-  
voce Olam vel adolam &c. nihil concludatur, quia enim inveniuntur quenib[us] exter-  
ha voces & illis similes de tempore finito, non de tempore infinito. (a) L. 3. c. 16.  
Dantur autem quamplurima omnino loca, ubi, rebus ipsis sic juben- tibus

tibus, vox nostra significat eternitatem: quorum quædam, ut distin-  
cte intelligamus, ea prius, quæ produnt durationem sine qui-  
dem, sed nequaquam initio carentem, consideraturi sumus.

**DE AEO.** Philosophi durationem haud initio, sed fine carentem nominant.  
[a] in brevar. **ÆVUM**, de quo Ægid. Strauchius [a] scribit: *Communiter apud Philo-*  
*sophos durationem significare principio gaudentem, finem vero nescientem. Et*  
[b] in Grammat. **Jac. Wellerus** [b] ex more Æolum id ab *αιώνιον* per digamma *Æoli-*  
*cum* derivat, optime gnarus, quemadmodum origine, sic etiam i-  
de *αιώνιον*. dem ferme esse significatione. *Αἰώνιον* vero Clericus [c] ab *αἰώνιον* lem-  
per & *αιώνιον*, & inde *αιώνιον* sempiternum deducit. Theodoretus [d]  
in N. T. Ham-  
mond. ad Mt. Observavit ὁ αἰώνιον διάτημά του χρόνος δηλωτικόν ποτε μὲν *αιώνιον*, οὐ  
xxi v. v.3. ταῦτα τε *θεοὶ* θεοὶ λέγονται, ποτε δὲ τῷ κτίσει συμπατέχει. **ÆON** est spati-  
(d) in Epist. e. um quoddam tempus denotans aliquando *infinitum*, cum de Deo sermo est, a  
div. decret. e. 6.T.4. p. 264. liquando creature commensuratum. Ex collatione LXX. interpretum  
(e) in Animadv. experimur, *αιώνιον*, ut Clericus putat (e) significare durationem tan-  
adnot. Hamond. in N. T. Mt. tam, quanta esse potest in re, de qua est sermo. Hic itaque secun-  
XXIV.3. dum res a parte post infinitas significabit permanitionem infinitam.  
Hoc etiam valere de **עולם** dicta seqq. probabunt, quippe in qui-  
bus res inveniuntur nullum admitentes durationis finem, quam-  
Loca **ævum** si-  
gnificantia. **Gen. I. 22.** vis gaudeant initio. Docet enim Moses [f] Deum de homine pri-  
mo dixisse, ne edat ex arbore *vita*, & vivat **עולם**. LXX. Senes: εἰς  
τὸν *αιώνα* *eviternum*, sine fine. Diu satis per 930. scilicet annos vi-  
xit Adam, qvod pugnat contra eos, qui volunt h. l. **עולם** valere  
(g) vid. Poli sy-  
nops. Critic. T.  
I. c. l. multos annos (g). Verum postquam mori incepit Adam, divinam  
profecto perdidit imaginem: quippe qvod alias dici non posset, ni-  
si homo eo demum tempore, quo lapsus mortalis factus fuerit, ut  
suo tempore in terram evaderet. Mors enim homini, ut aliquan-  
do corrumpat eum penitus, eo minus poena esse potuit, quo mi-  
nus somnum, ut aliquando ille penitus ab homine sibi relunctante  
capiatur, poenam vocare queamus. Præterea illustriora habent  
Theologi loca, quæ mortem per Adamum in mundum ad omnes  
homines ingressam certo probant. Qvo beatitudinis & damnatio-  
nis æterna, quæ incipit quidem, sed nunquam desinit, denotetur  
duratio, Danieli [b] revelatur: **Multos ימי עולם**, multos  
(h) c. XII. 2. **לראון עולם** esse evigilaturos. LXX. interpretantur: εἰς γεων  
αιώνιον, & εἰς αἰώνιον καὶ εἰς αἰώνιον αἰώνιον. Hæc futura eadem  
(i) c. XVIII. 20. & voce descripta legimus apud Lucam (i) & Matthæum (k); quæ si  
(k) c. XXV. 46. XVIII. 8. quis

quis secundum verum exponere vult sensum, evolvere potest Mar. cum (1), tunc experietur, quam *αιώνιον* h. l. denotet durationem. (1) c. IX, 43. 44.

<sup>46.48.</sup>

Phrases avum  
dene tantes,

nam hic ἥκτε capax objectum invenimus, nempe justos beatitudi- (a) c. XI, 3.  
ne futura beundos. LXX. dicunt *εἰς τέλος οἰώνας, οὐ γένεται*: qvorum re-

gnūm felicissimum futurum describit idem Propheta (b) chaldaice *Synonym*

(b) c. II, 44.

gnūm felicissimum futurum describit idem Propheta (b) chaldaice *Synonym*

(c) c. VII, 18.

i.e. nunquam perdatur, sed stet *לְעוֹלָמִים רַבָּי*.

Alio capite (c) dicuntur sancti regnum possessori *עוֹלָמִים רַבָּי*

qva nihil aliud denotant, quam *עַלְם עַלְמִיא* vers. 27. i. e.

eternum sine fine. Impii contra describuntur per dictionem ejus-

dem notionis (d) h. e. eternum perituri. Recte ergo [d] Ps. XCII, 8. &

Kimchius (e) inquit *כָּל־עַנְיִנְמָוּתָם* horum omnium sensus est eternitas. [e] In Lex. suo

Sicque loca reliqua omnia, qva de similibus rebus agere solent, sunt *שָׁנָה*.

explicanda.

§. XVIII. Qvando autem *locus quidam tam typicum, quam antitypicum*, nostra vox & similes cum reliquis dictionibus eodem modo tempus finitum secundum typi naturam, sensum typic. & qva est temporalis, modo eternitatem secundum antitypum, qui antitypic. est eternus, vel aliam, quam antitypi requirit natura, durationem signabit. Sicque res locorum omnium sece habebit, qvem admodum horum lequeantium. Nam si illa, qva in 2. Sam. (a) & 1. [a] c. VII, 14. sqq. Chron. libro [b] ut & Psalmo [c] dicuntur de Davide ejusque filio, [b] XVIII, 11. 12. conferantur iis, qva libro 1. Regum (d) scribuntur, tunc appare- [c] c. XXXII, 12. [d] II, 4. III, 6. bit, qvod Salomo intelligendus sit, hujusque regnum i. VIII, 19. 20. 24. e. diu duraturum. Collatione vero una parte ejusdem Samuelis, 25. Psalmi & Chronicorum, & altera Epistolæ ad Ebr. (e) Actorum f) (e) I, 5. & aliorum Psalmorum (g) facta, plane alias *שָׁנָה עַלְמִים* & reliqua- (f) II, 30. [g] I, 1. XXCIX, rum dictionum aderit sensus, nempe eternitatis, qvia eternus 4. 38. & LXXXI. tot, est antitypus Christus Messias, verus *Θεός Χριστός*, hic necessario intelligendus.

§. XIX. Dantur alia quoque loca, ubi sensus literalis tam tempus, sensum litera-  
quam eternitatem requirit, qvoniā res, de qvib[us] vox nostra dici-  
tum tam tempus:  
t[em] partim sunt finitae, partim infinitae, fine caren-  
tes e. g. Ecclesiastes (a) dicit: *quicquid fecit Deus illud erit* *לְעוֹלָמִים רַבָּי* [a] III, 14.

707

*partim in longum tempus, partim aeternum, quamcumque hujus vel illius creaturæ vel rei natura & existentia duraturam requirat.* Nam res, quas Deus creavit & providit temporales, illas videmus finitas: *Quæ vero creatæ & provisæ sunt infinitæ & aeternæ, illas tales etiam certe se esse ita habere aliquando experti jam credamus.* Singularia autem quædam hoc loco intelligi probare haud poteris, cum adsit signum universitatis omne & vox nostra tam finitam, quam infinitam designet durationem. Phrasis, *לָשׁוֹן* (b) Deus stabilivit ea, sc. quæ creata sunt partim temporaria, partim aeterna. LXX. εἰς τὸν αἰώνα καὶ εἰς τὸν ἀιώνα τὰς αἰώνας: vel, ut Chrysostomus legit: διαμένειν αἰώνιος. Nam in antecedentibus & Psalmi consequentibus Deum creatorum omnium omnes creaturæ coeli & terræ, teraque ipsa una cum coelo celebrare debere dicuntur: *Qvoniam omnia a Deo jubente creata sunt; quorum quædam esse temporalia, quædam vero aeterna, tam experientia freti quam revelatione nossumus.*

Phrasis,  
(b) P. CXLVIII.  
6.

De aeternitate  
absoluta.

[a] Exod. III, 24.  
[b] I, 8.

Loca aeternita-  
tem significan-  
tia.

[c] Gen. xxii, 33.  
[d] XL, 28.

Synonyma.

[e] Ps. XVI, 11.  
[f] Ef. LVII, 15.

XX. Ultima denique relista est classis dictorum, quæ te-  
statur de Dei aeternitate duratione perfectissima, nullum habente  
principium, nec finem ullum. Nam hic triunus quemadmodum  
verus profecto est Deus aeternus secundum essentiam aeternam, sic  
etiam secundum nomen suum יְהוָה aeternum, aeternitatem suam  
Mosi aperte confitetur [a] his seqq. אֶחָד יְהוָה אֱלֹהִים: hoc  
Johannes in Apocalypsi (b) optime explicat: ὁ οὐκ ἔχει ὅτινα, καὶ ὁ ἔχει  
ζόειν ταυτογέντως: hunc Deum Moses vocat (c) אֵל שָׁלֹמָה, Deum aeternum, & Jesaias (d) אֵל יְהוָה, Deum aeternum, Dominum  
creantem extremitates terræ: quod recte vertunt LXX. Senes per αἰώνα;  
Nec aliud vult τὸν θεόν (e) αἰώνites sunt apud dextram troni  
[f] i. e. aeternum: quemadmodum aeterna est dextra Dei, quæ est  
ipse Deus. Sic & vocabulum ע (f) dicitur de Deo habitante ע  
ternum sine principio & fine. Mesias pariter nominatur  
[g] pater aeternitatis. Ben-Melech recte quidem ex parte explicat,  
quod ille stabilis sit לָשׁוֹן in aeternum, sed quia Messias est atque  
dicitur נָבָר Dens fortis, non excludi potest aeternitas a par-  
te ante infinita.

S. XXII.

§. XXI. Contra David(a) æternitatem DEi absolutam sequenti exponit phrase מְעוּלָם עַד עַד־וְאֵת אֲחֵת אל LXX, Senes hunc in modum interpretantur : *απὸ τοῦ διώνος ἡνὸς οὐδὲ διώνος τοῦ εἰδένειν τὸν Θεόν* quisquis vult sicut Ben Melech(b) explicare מְטוּרָה שֶׁהָיָה הַעֲלָמָה וְכֵן מְעוּלָם נִסְתַּחַר וְכֵן סְוף הַעוֹלָם i.e. antequam fuit mundus, & sic leolam missachi (Prov. VIII<sup>o</sup>, 23.) & usque ad finem mundi, multa, conditionibus, quæ supra data sunt, neglegitis, absurdum concedere debet : Nam in psalmo nostro dicitur, Deum fuisse, antequam montes nati sunt &c. i.e. antequam mundus fuit; vero etiam nihil aliud significare debet secundum istum Commentatorem, quam ante mundum: sive idem bis dici eodem statim loco eum statuere oportet cum tamen inde appareat, potius sermonem esse ascendentem seu gradationem ubia rō esse ante montes & profanatione terra atque orbis ascendit oratio ad æternitatem, quæ caret initio & fine. Deinde probandum prius est quod præfixum δ significet ante, cum potius loca ista, quæ sic explicantur (c) communem significationem retinentia, nisi meliorem, cunctem tamen declarent sensum. Porro Ben Melech multa præter necessitatem, & scribendi consuetudinem sine fundamento subintelligere debet, nempe pro unica voce *הַעֲלָמָה* מְעוּלָם, ratione alias non pauca, sed multa Scriptura Sacra addi solere existimamus. Tandemque quomodo quadrabit DEi entis absolute infiniti durationem finito modulo ac pede mundi sine metiri, quasi Deus existat tantum usque ad finem mundi. Ob easdem rationes locus ex Proverbiis, de quo in sqq. in testimonium nimis leve citatus a Rabbino nostro nostram magis confirmabit sententiam.

§. XXII. Habemus etiam loca, in quibus vox nostra æternitatem aparte ante infinitam tantum formaliter exprimit, interim tamen negare nemo potest quod etiam, de quo hoc dicitur, non admittat virtualiter æternitatem a parte post infinitam. Nam ille qui est, hic omnino non esse non potest: Sed est ille ipse Deus æternus, quem David(a) celebrat dicens : *מְעוּלָם ab æternitate tu es*, scilicet a parte ante infinita non exclusa, virtualiter a parte post. LXX. Senes interpretantur *ἀπὸ τῆς ἀιώνος*, qua voce ejusdem notio utitur Jacobus(b) γνωστὸν inquiens *ἀπὸ αἰώνος ἐστιν*: licet nemo negare poterit, quod in omnem æternitatem

Phrases æternitatem significantes,

(a) Psalm. xc, 2;

(b) in Michiel Jophi ad eund. loc.

[c] vid. Glassium in philolog. p. 1164.

Loca formaliter æternitatem a parte ante infinitam non exclusa, virtualiter a parte post, si

gnostia.

(a) Ps. xcii, 2.

(b) Act. xv, 18.

ANT. (n)

10. 12. 14. (n)

nitatem Deus illa etiam noverit. Videmus etiam quæ sic illa Prover-  
biorum sapientia (c) quæ de se ipso dicere possit sequentia; Deus posset  
me in principio viae sue ante opera sua, a tunc *fui*, בְּעוֹלָם ab eternitate,  
effusa sum a principio, a primordiis ierre fui. LXX, multa omittunt, mul-  
ta pejus vertunt. Verum omnia & reliqua sequentia si cum seq. vers.  
30. ludens coram ipso omni tempore, conjungimus, nihil aliud significabunt,  
quam Mosis טַרְמָה, & illud Iesaiæ אֵין חֲדֹרֶתֶן אֲפִי אֶזְרָן LXX. ἐγώ  
ἐμειπόντος καὶ ἐγώ εἰμι εἰ τὸν οἰλάνα, seu ut Johannes in Apocalypsi (d)  
dicit: ἐγώ εἰμι καὶ τὸ καὶ νοῦ τὸ οὐ Sive אֵין אָוּרִים ex (e) curiosum, inquit. sane est, & veluti  
[c] in Propemr. De quo celeberrimus W edelius (e) curiosum, inquit. sane est, & veluti  
in augur. de qve-  
fit, per Urim &  
Thumm. p. 7.  
digito monstratur complexum una oraculum hoc initium & finem. וְ & וְ  
nulli quasi tam affabre & eleganter signatum, seu qui est τὸ Α & τὸ Ω.  
Greca analogia & parapraesi δέξιη νοῦ τίθεται, ὁ πρῶτος νοῦ ἀρχή,  
initium & finis, primus & novissimus. Et ita spectabit hæc phrasis ad an-  
tecedentem §. quando vero sine illis, quæ v. 30. scribuntur,  
considereramus tunc jure meritoque ad hæc referatur. Clarius quoque si-  
et illud Michæ (f) de Mesia scribentis: exitus ejus מִקְרָם עֲרוֹם  
בְּמִינְמָר עֲרוֹם, quod LXX. vertunt: καὶ ἔκβολος αὐτῷ αὐτὸς αἴτης  
יְהִי מְעַדְןָן σָלָוְן i. e. ab eternitate initium nesciente. Abendana  
[g] Michal Jo-  
phi.  
מִמְּנָן רְבָשׂוֹה דָּוָד בִּתְרָחָם וּמִמְּנָן יְצִירָה  
(g) explicat  
מִלְּדָה מִשְׁרָה  
a tempore longo, quia fuit David ex Bethlehem, & ab ipso  
exeat Rex Mesias. Sed minus observat, quod etiam Joseph & Maria  
aliisque a Davide originem ducant, nec tamen de iis dicatur, ex-  
tum eorum esse מִקְרָם עֲרוֹם. Afferat etiam Glasius, quot  
possit loca, quæ per יְמִינוֹ עֲרָלָם tantum prodant tem-  
pus; quia objecta habent temporaria; Exinde tamen haud  
probabit, quod τὸ ו ante designet, quando de Mes-  
[h] in Commit. in.  
Ebr. p. 612. ii.  
[g] significatio  
multiplicatio.  
Recte etiam probat Gusseti (h) contra  
Prov. VIII. 30. Altingium, מִן etiam usurpari de Deo eterno, variaque adducit  
PI. CIL. 25. 28.  
Eki in ethiolog. p. loca (i) quæ dies & annos de Deo exhibent: imo Glasius (k)  
1591.  
(l) p. II. 7. Job. adhuc plura novit (l). De quorum ultimo dicit: Quæ dies a-  
xxxv. 26. Dan. ternitatis dicantur Micha V. i.  
(m) p. 1144. per ante tam hic (m) quam alibi (n). Si quis de מִלְּדָה, an eter-  
(n) El. XLIII. 13. ni.

nitatem a parte ante significet, dubitare velit, ille evolvere potest loca (o), ubi ipse Deus nominatur Deus סִירֵם, qui nullus alias esse potest, quam aeternus.

Synonymon.  
(o) Deut. xxxi 17.  
27. vs. LV, 20.  
Job. 1, 12.

§. XXIII. Tandem in lucem producenda sunt loca, quae aeternitatem a parte post formaliter expressam, non absente aeternitate a parte ante infinita virtualiter declarant. Ut statim occurrit haec significatio in Psalmis (a) DEUS habitat vel manet בְּבָיִת i. e. ut LXX. interpretantur: εἰς τὸν αἰώνα οὐτε. De gratia Dei vices sexies legitur in Psalmo CXXXVI. Chaldaicæ vocis eadem vis erit, quando Daniel (b) dicit: Vivus & stabilis est DEUS, לְעוֹלָמִים in aeternitates. Quae omnia ut sunt vel ipse Deus aeternus, vel de Dei tam a parte ante quam a parte post aeterni existentia perfectissime durante dicuntur: Sic quoque eadem aeterna esse oportere, nemo negabit; quia וְעַד talis durationem, quam res requirunt, significare jam satis certum est.

Loca aeternitatem a parte post formaliter infinita, inclusa virtualiter a parte ante;

(a) Ps. XXIX, 10.  
IX. S.  
(b) VI, 27.  
Synonymon.

§. XXIV. Hic habes L. B. notiones τὰς οὐρανούς. Nos gra- tissimo agnoscemus animo, si praeter eas, quas perspeximus, alias adhuc demonstrabis. Nam ideo cogitata sua quilibet cum quolibet prudente publice communicet, non ut aliquid scripsisse, vel dixisse videatur, sed ut veritas eo clarior luce sua radiat; plus enim vident oculi, quam oculus, cum errare sit humanum. Haec quemadmodum ex multis locis probata, sic & reliqua omnia loca, ubi haec vox legitur, classibus hisce a quoque facile subscribi posse confidimus, si rei cuiuslibet eventus, qui omnibus ubique a deo perspectus semper esse nequit, nulla ponat impedimenta, ut & objectum, quod sit, & quale sit, homines vel possent vel etiam intelligere semper vellent. Imo hoc ipsum re ipsa jam probare decreveramus, sed tempus breve, magna materia, quam non nisi magno tractatu assiduis labor vincere potuisset, rationesque aliae hoc plane aliud praesenti tempore fuerunt, ut hujus vocis potestates his tantum paucissimis æque ac omnibus locis redderemus certissimas. Ne autem castra communis vitii, quod omnia, quia vult, posse & debere putat scire, seqvamur, confitemur, nos homines errare posse, imo forsitan erasse, indeque errata præter

voluntatēm perpetrata ut æqui bonique consulere, & ex veritatis  
pacisque amore prudenter demonstrare velis, a te, L. doctiss., quid  
sit humanum, maximopere rogamus, pollicentes, nos semper  
veritatem, quandocunque in nostris fallitas probetur, secūturos  
esse. Cæterum melioremin modum omnibus, qui bene volunt,  
nos commendamus. Æterno autem Deo maximas pro majore ad-  
huc exhibita gratia agimus gratias, subnixa precan-  
tes, ut quemadmodum sit ubique sic etiam  
in hoc fine.

בשכגלו







99 A 6989



56

Datia ✓



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



35

Q. D. B. V.  
DISSERTATIO PHILOGOGICA  
*ad ipsius significatio*  
DE  
**HEBRAEORUM VOCIS**  
**SIGNIFICATIONE,**  
*ad ipsius significatio*  
**CONSENSU SUPERIORUM**  
**IN ACADEMIA LIPSIENSI**  
**MODESTE EXPONET**  
**P R A E S E S**  
**M. ERN. GEORG. GOELITZIUS,**  
**RUDOLST. SCHWARTZB.**  
**RESPONDENT&**  
**NICOLAO NORTHIO, Liebringa-Schwartzb.**  
**SS. THEOL. STUD.**  
**AD D. III. DECEMBR. A. M.DCC. X.**  
**IN AUDITORIO PHILOSOPHICO.**

*LIPSIAE,*  
Literis BRANDENBURGERIANIS.

